

Franckesche Stiftungen zu Halle

Lebenslauf von Johann Wilhelm Gerlach.

Gerlach, Johann Wilhelm

Halle (Saale), 09.09.1775

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-175806](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-175806)

In confinibus Hassiae inferioris, quae Abbatiam Fuldenensem
 spectat, oppidum quoddam, cui Schlicium nomen est, iacet.
 Pertinet illud cum quibusdam vicis ad comitem a Goertz ordinis
 equitum Franconico adscriptos. Obi A. M. D. C. XXXVIII. prid.
 id. Ianuar. natus sum. Patrem habui Valentinum Gerlachium
 tum temporis scholae Schlicensis rectorem, et Rectorium
 adfidentem, deinde vero ecclesiae Hartmannshusanae pastorem; matrem
 • Margaretham, Herm. Zschornii ecclesiae Queckiana quondam
 pastoris filiam patri meo legitimis nuptiis iunctam. Ab his
 sacro baptismo deo ablatas usque ad annum decimum
 tertium videt inter satis angustas res, cum germanorum
 octo, redditus vero valde exigui essent, educatus et ab ipso patre
 institutus sum. Varia pericula puerili imprudentia suscepta
 Julius Dei beneficio a me depulsa fuisse, inter alia beneficia
 Dei grata mente recordor. Hic decimus tertius aetatis annus
 • mihi imprimis memorabilis et partim letus partim funestus
 fuit. Letus quod pater meus e vicenariis gravissimis mo-
 lestissimisq; laboribus domesticisq; angustis ad meliorem
 fontem emergebat; funestus, quia mater optima sub ipsa
 melioris conditionis initia morte abripiebatur. Eodem
 anno a patre cum fratre natu maiore Francofurtum ad
 • Moenum missus, in Gymnasium, quod ibidem est, classem
 secundam receptus fui, quatuorque annos Rectore
 Albrechtio, Conrectore Reinhardtio et Prorectore Reckio
 Praeceptoribus v. m. Studiis scholasticis operam navavi.
 Anno aetatis decimo octavo scholae valedicens parentis
 voluntate, qui interea alterum conjugium, cum Johanne
 Elisabetha Nogetia, a cuius fratre Joh. Phil. Fresenio

Th. D. et Ministerii Francof. Seniore, multis maximisque
beneficiis me autum ornatumque fuisse, nunquam non pro-
fitebor, contraxerat, duosque ex ea filios suscepit, Senam
me contuli, ibique per tres annos praelectionibus theologiae
philosophiae et philologiae Cel. Walchiorum, patris et filiorum
Reuschii, Polzii, Daviesii, Waldini, Tympii, Wirtii interfui,
et tandem A. MDCC L VIII. in patriam redii. Res in eo erat
ut Francofurtum repeterem, ibique sub auspiciis avunculi
ad ea quibus candidatus Theol. ad munus ecclesiasticum
preparari poterat, inouberem. Eo vero ipso tempore, cum
in ageretur, Heusenius quidam juris utriusque Doctor et
ditionis Tannenfi praefectus me litteris ad patrem multis
expetiit et filius suus patre concedente profecit. Cum etiam
rei per quatuor annos operam dedi, ita ut his praestis
filii duo nati majores, bone spei juvenes, academia tra-
derentur, quorum alter juris utriusque Doctoris gradu
ornatus iam per decem annos causis agendis in Hassia
magna cum laude operam navat, alter vero in Regione
Hassiacae, quae Rintelii est magistratum habet. Ego ipse
tum temporis multis sollicitationibus sollicitabar ut studium
theologicum cum juridico commutarem, quod vero, quia
pater ab ea re abhorrebat, meque sibi ipsi auxilio tam
in fratribus meis erudiendis, quam in reliquis laboribus
sustinentis, poscebat, renui, quatuorque annis, ut patris
voluntati satisfacerem domi commoratus sum. Deinde
cum forem in Neomarchiam comitarer, nonnulli amici
persuaserunt, ut academiam Fridericianam frequentarem
eum in finem ut si Deo ita placeret, in hisce rebus munus
ecclesiasticum aliquando obire possem. Quam ad rem

cum vel duo semestria sufficere viderentur, Dei tamen
nutu primo vices Praeceptoris Scholae Latinae Orphanor-
trophaei octo menses, deinde vero collega Pedagogi regii
octo annos sustinui. Ante annum tricesimum nulla
plane muneris publici cupido me invasit et postea etiam
sententia fletit; nec publicum nec ullum munus sine
gravissimis causis vel appetendi vel recusandi. Ad ap-
petendum nulla, ad recusandum hoc vel illud munus
oblatus satis multe fulcunt, donec jam annum tri-
cesimum septimum agenti, hoc imprimis a nemo volvere
necesse sit, quia ratione brevitatem temporis residui quam
optime collocem, et si forte contra voluntatem bona
causa defuerim, maximo id, quantum in me est, nisi com-
pensare studeam, eumque in finem sine ulla excepti-
one me Deo offerens omnibus reliquis eas praeferam
partes, quae praem majorem adferrent promovendi
gloriam Dei. Hac mente inductus, Dei gratia et auxilio
confidens episcopo ductui totum me tradens, quo
jam vocor, sequor, id tantum in votis habens, ut
is qui vocat etiam vires suppeditare, augere, firmare
et omnes conatus in suam ipsius gloriam convertere
velit.

Halo
W. g. d. r. 1775.

J. W. Gerlach.